Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Timebant enim. Surgens autem ihesus
mane prima sabbati. apparuit primo
marie magdalene de qua eiecerat
septem demonia. Illa vero vadens nunti
avit hiis qui cum eo fuerant lugentibus
et flentibus. At illi audientes quia vive
ret et visus esset ab ea: non crediderunt.
Post hec autem duobus ex eis ambulan
tibus ostensus est in alia effigie. eunti
bus in villam. Et illi euntes nuntia
verunt ceteris: nec illis crediderunt. No
vissime autem recumbentibus undecim. ap
paruit illis ihesus et exprobravit incre
dulitatem illorum et duritiam cordis: quia
hiis qui viderant eum resurrexisse non cre
diderunt. Et dixit illis. Euntes in mun
dum universum. predicate evangelium omni
creature. Qui crediderit et baptizatus
fuerit. salvus erit. Qui vero non crediderit.
condempnabitur. Signa autem eos qui cre
diderint. hec sequentur: In nomine meo de
monia eicient. linguis loquentur no
vis: serpentes tollent. Et si mortiferum
quid biberint: non eos nocebit. Super egros
manus imponent: et bene habebunt. Et
dominus quidem ihesus postquam locutus est eis.
assumptus est in celum: et sedet a dextris dei.
Illi autem profecti predicaverunt ubique: domino
cooperante. et sermonem confirmante
sequentibus signis. Prolog' sr Lucam.

Quoniamquidem multi
conati sunt ordina
re narrationem que
in nobis complete sunt
rerum. sicut tradiderunt
nobis qui ab initio ipsi viderunt. et mi
nistri fuerunt sermonis: visum est mihi asse
cuto a principio omnia diligenter ex ordi
ne tibi scribere optime theophile: ut
cognoscas eorum verborum de quibus eru
ditus es veritatem. Alius prolog'

Lucas natione syrus. antyocensis.
arte medicus. discipulus apostolorum. 2
paulum postea secutus usque ad con
fessionem eius. serviens do
mino sine crimine. Nam neque
uxorem umquam habens neque filios. sep
tuaginta. iiij. annorum obiit in bithy
nia. plenus spiritu sancto. Qui cum iam
scripta essent evangelia. per matheum quidem
in iudea. per marcum autem in ytalia: sancto in
stigante spiritu. in achaie partibus hoc
scripsit evangelium. significans etiam ipse in prin
cipio ante alia esse descripta. cui extra ea
que ordo evangelice dispositionis expos
cit. ea maxime necessitas laboris fu
it. ut primum grecis fidelibus omni prophe
tione venturi in carne dei christi manifesta
humanitas aliu esset: ne iudaicis fa al. fieret.
bulis attenti fieret. in solo legis desiderio
tenerentur. vel ne hereticis fabulis et stul
ta sollicitatione seducti. excederent a ve
ritate elaboraret. Dehinc ut in princi
pio evangelii iohannis nativitate presumpta.
cui evangelium scriberet. et in quo electus scriberet.
indicaret: contestans in se completa esse.
que ab aliis essent inchoata. Cui ideo post
baptismum filii dei a perfectione generationis
in christo implete. et repetende a principio
nativitatis humane potestas permis
sa est. ut requirentibus demonstraret. in quo
apprehendens erat. per nathan filium in
troitu recurrentis in deum generationis ad
misso. indisparabilis dei. ut predicans
in hominibus christum opus suum. perfecti hominis
redire in se per filium faceret. qui per david
patrem venientibus iter prebebat in christo.
Cui luce non inmerito et scribendorum ac
tuum apostolicorum potestas in ministerio da
tur: ut deo in deum pleno et filio perditi
onis extincto. oratione ab ipsis apostolis
facta. sorte domini electionis numerus